

Band IV., Nr. 1219, Seite 287-288

Werner, für sich und den Sohn seines Bruders Konrad, Wolfram, Heinrich, Konrad, seine Geschwisterkinder, und Walter, Sohn Lithemars, genannt von Wiesloch, verkaufen fast ihr ganzes Besitztum in Derdingen, insbesondere den sog. Selhof daselbst, ihre Zehnten, das Patronatrecht der Kirche, an das Kloster Herrenalb unter mehrfachen in der Urkunde näher angegebenen Bestimmungen.

Ohne Ortsangabe, 1252.

Nos Wernherus nomine nostro et filii fratris nostri Cunradi, Wolframus, Henricus, Cunradus, patruelles predicti Wernheri, et Walterus filius Lithemarii dicti de Wicenloch, tenore presentium constare volumus universis, quod quilibet nostrum pro parte sua in solidum bona et iura, que possedimus et habuimus in villa Terdingen, videlicet curiam que dicitur Selhoph cum suis pertinentiis, sive in agris, sive in pratis vel pascuis, seu etiam mancipiis et aliis omnibus quomodocumque eidem curti attinentibus, et insuper omnes decimationes nec non ius patronatus ecclesie ipsius ville cum universitate et pertinentiis predicto iuri patronatus annexis et alia bona nostra, quocumque nomine censeantur, in predicta villa Terdingen, hominibus nostris, qui de militari stirpe sunt in eadem villa, et bonis, que a nobis ab aliis hominibus detinentur in feodo, dumtaxat exceptis, vendidimus pro quadam certa summa pecunie venerabilibus et deo devotis viris . . . abbati et conventui de Alba, Cisterciensis ordinis, Spirensis diocesis, cum omni iure et utilitate exinde provenientius, ab ipsis deinceps sine inquietatione et reclamatione nostra nostreque progeniei descendentes a nobis perpetua quiete et libere possidentibus. Verum quia enumerata bona et iura in Terdingen in feodo tenuimus et sic directo iure domini non poteramus in predictos . . . abbatem et conventum dicta bona et iura transferre, nos ipsa unanimi consensu et voluntate concessimus in feodo viris nobiles, videlicet Alberto de Rasteten, Iohanni de Durmershem, Sifrido de Ottenheim, Simundo et fratri suo Dalcgengero de Kunegesbach, Ottoni dicto Resche de Buhel, sub tali forma, quod iidem a nobis infeodati veri sint fideicommissarii, ita quod conservent predictos . . . abbatem et fratres in iure possessionis dictorum bonorum et non quod ullam ipsis in bonis predictis oppressionem seu violentiam inferant aut gravamen, de quo predicti feodotarii sufficienter caverunt omnia illustribus viris dominis de Eberstein, resignantes in penam transgressionis propria bona ipsorum prefatis dominis, quod numquam ipsos monachos in bonis memoratis a nobis comparatis infestent aut ullatenus inquietent, sed inviolabilem semper fidem

II

erga predictos monachos eorumque successores de Alba tam ipsi quam posteri eorundem observent. Licet autem huiusmodi contractus diversis temporibus iam cum uno ex nobis, nunc vero cum alio vel aliis initus fuerit et perfectus, demum tamen unanimiter omnes et concorditer supradictis bonis renunciavimus et attestacione presentium renunciamus omni iuri et exceptioni, que nobis quantum ad ea que promissa sunt quocumque modo possent competere et que in ipsorum possent detrimentum vergere vel gravamen, volentes et optantes, ut pacifica et secunda perpetuis temporibus dictorum bonorum possessione gaudeant et fruantur. Insuper ad universam deinceps calumpnie materiam amputandam presentem litteram sigillis predictorum nobilium de Eberstein et unico nostro, quod semper senior ex nobis nomine nostro nostreque parentele ab antiquo consuevit habere, fecimus insigniri.

 Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. LII^o., presentibus nobilibus viris, Vlrico de Stein¹, Cunrado et Wernhero de Sterrenwels, Bertoldo et Belreimo de Wizenstein, Wolframo et duobus filiis suis de Ossenberc, Henricus de Erenberc, Dimone et Reinardo fratribus de Bretehem, Eberhardo de Vleihingen et aliis quam pluribus viris honestis.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An leinenen Bändchen hängen drei Siegel aus braunem Wachs, welche sämtlich schon früher, die beiden ersten z. B. bei WUB_Band IV., Nr. 1084, Seite 147-148, das dritte z. B. bei WUB_Band IV., Nr. 995, Seite 46 und S. 46. 235 beschrieben sind.

¹Vielleicht Stein, Königsbach-Stein, PF. Laut Universallexikon von Baden (1844), S. 1038, befindet sich hier ein altes Schloss und in der Kirche eine Statue eines Herrn von Stein (vgl. auch Das Land Baden-Württemberg. Amtliche Beschreibung nach Kreisen und Gemeinden, hrsg. Von der Staatlichen Archivverwaltung / Landesarchivdirektion Baden-Württemberg, 8 Bde., Stuttgart 1974-1983, Bd. 5, S. 546). Mit Rücksicht auf sein Wappen gehört der genannte Ulrich jedenfalls nicht zu der Familie Stein zum Rechtenstein (vgl. Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...] 1 (1850), S. 255 und Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...] 2 (1851), S. 480; vgl. auch Urkunden Nr. 1345, WUB, Bd. V., S. 110-111, und Nr. 1697, WUB, Bd. VI., S. 96-97.).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 489 K U 850

Überlieferung und Textkritik:

War ehemals im GLA Karlsruhe.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...] 1 (1850), S. 229.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Werner; von Wiesloch Wolfram; von Wiesloch Heinrich; von Wiesloch Konrad; von Wiesloch Walter; von Wiesloch, Sohn Lithemars

Ortsindex:

Altwiesloch Wohnplatz (6615)
 Altwiesloch, Wiesloch, HD
 Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)
 Bad Herrenalb, CW
 Bretten Wohnplatz (5295)
 Bretten, KA
 Bühl Wohnplatz (5611)
 Bühl, RA
 Dillweißenstein : Pforzheim PF
 Dillweißenstein Wohnplatz (6702)
 Durmersheim Wohnplatz (5694)
 Durmersheim, RA
 Ehrenberg Wohnplatz (1811)
 Ehrenberg, Bad Rappenau, HN
 Flehingen Wohnplatz (5410)
 Flehingen, Oberderdingen, KA
 Königsbach Wohnplatz (7184)
 Königsbach, Königsbach-Stein, PF
 Oberderdingen Wohnplatz (5416)
 Oberderdingen, KA
 Ochsenburg Wohnplatz (2296)
 Ochsenburg, Zaberfeld, HN
 Rastatt Wohnplatz (5814)
 Rastatt, RA
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD
 Speyer, SP

IV

Stein Wohnplatz (7185)
 Stein, Königsbach-Stein, PF
 Ster-
nenfels Wohnplatz (7106)
 Sternenfels, PF
 Ötigheim, RA